



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXXV. Woldemar und Conrad von Benz vertragen sich mit Prenzlau wegen
der Schleifung ihres Hauses Hindenburg, am 12. Juni 1331.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

lites, Ebelo de bens, famulus, ffiol, nicolaus olderyan et Henningus de byfmark, confules nostri de prinzwaw, Hermannus de luchow, nofter notarius, cum aliis fide dignis. Datum Bernowe, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. nono, feria V post feftum sancti Jacobi.

Klobens Waldemar I. S. 418. Aus dem Dessauer Archiv.

LXXV. Woldemar und Conrad von Benz vertragen sich mit Prenzlau wegen der Schleichung ihres Hauses Hindenburg, am 12. Juni 1331.

Nouerint vniuersi audituri presentia seu visuri, Quod nos Woldemarus et conradus, fratres, dicti de Benz, bona voluntate cum honestis viris Consulibus ac communitate ciuitatis Prinzwaw iniuimus, fecimus et compromisimus amicabilem compositionem et sonam perpetuo duraturam super discordia, qua nos captiuauerant, camenatamque nostram in Hindenborch optinuerant possidentes pro eo, quia timuerunt ex dicta camenata ipsis et toti terre periculum imminere, Ita uidelicet, quod proprio motu nostraque libera voluntate predictam camenatam fregimus funditus destruentes, ne ab ea possit ipsi terre graue dispendium suboriri, Dantes cum hoc prefatis Consulibus Decem marcas argenti pro sumptibus, super dictam camenatam habitis et expensis ad terre commodum et profectum, Renunciantes omni iuri et actioni, que nobis competit et competere possit contra dictos consules, communitatem seu quoscumque alios et ipsorum bona ratione cause predictae, Promittimus siquidem quod nulli de cognacione nostra, quicquam de iure vel facto contra predictos huiusmodi facient seu aliquatenus attemptabunt et eorum malum non agemus nec agere procurabimus, per nos seu per alios super dicta causa quomodolibet in futurum, sed omnia cum eis in pace obseruabimus inconuulsa. Preterea si quod absit predictis consulibus, communitati seu aliis quibuscumque et ipsorum bonis, super dicta nostra captiuitate et prelibate camenate subuersione et destructione aliqua impetito, dampnum seu impedimentum aliquo modo inferretur a nostris fratribus et amicis seu quibuscumque, modo quocumque et nomine censeatur, ab hiis omnibus ipsos data fide seruare promittimus liberos et indemnes. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXI^o., feria IIII ante diem viti et Modesti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.